

bonitatis agnoscisse Hilarius & ipse videtur , dum Tractat. in Psalm. LXVII. num. 4. scribit : *Æqua judicij Cœlestis* Æqua iusta moderatio est , ut Peccatores Morte conficeret , ita JUSTOS LETITIA MUNERARI . Rursus ne Martyres quidem Burnetus Cœlo dignatur. Gloriosas quoque & triumphales istorum Animas , universa antiquitate reclamante , exspectare jubet certaminis Coronam a postremo Christi Adventu . Ejusmodi commentum Hilarius dejicit , dum Tractat. in Psalm. LXV. num. 10. illorum Animas Igne temporalium tormentorum purgatas & defæcatae ad refrigerium æternæ Beatitudinis continuo perducit . Transivimus , inquit , per ignem Æquam . Gloriosas videlicet Martyrum mortes commemorat . Et eduxisti nos in Refrigerium . Hujus refrigerii Æquum in loco alio meminit , dicens : Convertere Anima mea in Requiem tuam , quia Dominus benefecit mibi . Bene placebo Domino in regione vivorum . Animam videlicet suam in Requiem beate illius Resurrectionis ( quo nomine , ut supra diximus , significatur etiam Justorum ingressus in Cœlum ) hortatus , in qua Post Mortis Hujus Tempus , omni humanarum calamitatum labore deterga , non doletur , non fletur , non peccatur , sed vivitur . In hujus igitur Beatitudinis per Ignem Æquam Refrigerium Educati sunt . Stephanum quoque Protomartyrem illuc facie deductum , sat ipse significat Tractat. in Psalm. LVII. num. 6. Et heic igitur ab Hilario Burneti cogitationes improbantur . Ubi vero dederis , Martyribus ex hac Vita decadentibus patere Cœlum , nihil ( ut supra ostendimus Theoremate Secundo ) ultra exigitur , ut jure statuas reliquorum quoque Justorum Spiritus purgatos illuc invehi , ibique Requiem beatissimam nancisci . Negat insuper Burnetus peculiare & occultum Dei Judicium in singulorum hominum morte a Catholicis depredictum . Neque animadvertisit , Hilarium in hoc etiam sibi adversari , & nobiscum sentire . Ipsum audi Tractat. in Psalm. LVIII. num. 7. Utique est Deus judicans eos in terra . Dicens ergo homo , an fructus sit Justo , non ambigitur exspectare Judicium , Justo tamen jam in terris , quia per Angelos in Abrabæ simum deductus sit , Judicato . Deinde Infidelem diserte pronuntiat jam Judicatum ad Pœnam . Si Justorum quoque post mortem Judicium instituitur , ergo & Præmium pone sequatur oportet . Tertio , quod plus est , quamquam S. Hilarius Simum Abrabæ excipiendis ante Corporum Resurrectionem Justorum Animabus destinatum crediderit ; immo Locum illam non semel a Regno Cœlesti distinguat , in quod recepto Corpore electi introducentur : nihil tam secundus quam longissime absit hac etiam in re a somniis Burneti . Sed quia Inx ab eo petenda poterit usui esse ad illustranda etiam ambigua aliorum aliquot Patrum verba de statu Mortuorum , in subsequens Capitulum materiem hanc rejiciendam duxi .